quemcumque iam exnunc ab officio praesenti ad id additum sub vadio
similis summae mille centum florenorum pennae monetae polonicalis.
Per eum Andream Sluzowski et eius successores bona praefata a interim
accepta ad festum Nativitatis domini proxime venturum et in defectu
praeterea exemptionis et summae praefatae persolutionis ad aliud simile
festum Nativitatis domini et sic de anno in annum annis se sequentibus usque
ad exemptionem summaeque praefatae plenariam persolutionem cum
omni iure dominio proprietate, ac cum omnibus et singulis earundem
villarum Hawlowczyce et Swobodow altinenses pertinentibus fructibus pro-
ventibus redditibus, utilitatibusque universis ex eisdem bonis modo
quocumque provenientibus nullis tam in genere quam in specie exceptis a gra-
nitiebus ad granities tenere habere possedere. Datamque sibi et act-
missa reali intronisatione et actuali pacificaque possessione in bona praefata. Debe-
bit ac tenebitur eundem Andream Sluzowski et eius posteros praesentes
se et suos successores super omnibus bonis suis obligat et inscribit, ab omni
in quamvis impetitione iuridica et extraiuridica, omnibusque damnis in-
iuriis violentiis et impedimentis quarumlibet personarum status sexus
et conditionis cuiusvis existentibus. Nec non ab omnibus iuribus et inscriptio-
nibus prioribus et posterioribus debitis vincalis reformationibus, adviti-
talitatibusque cuiuscumque personarum factis et fatientibus, citationibus concita-
tionibus, adcitationibus, innotescentibus in bona praefata importatis et im-
portantibus, lucris perlucris, poenis damnis vadiis triplicatis ac quibus-
vis processibus iuris tantum quoniam opus fuerit tueri defendere evincere
et liberare bonaque praefata munda et libera facere. Nec debet ipse Pe-
trus Pieniazek cum suis posteris, eundem Andream Sluzowski et eius
successores in bonis praefatis iniuriare, aut quovis modo pacificam possessionem
tam per se quam per suas quasvis submissas personas tam in toto quam
in minima parte praepedire et adimere seu impugnare sub simili
vadio mille et centum florenorum pennae. Insuper etiam praefatus Petrus
Pieniazek se et suos successores super omnibus bonis suis obligat et inscribit
praesentem inscriptionem ex his actis ad acta terrestria praemissorum ante
decursum unius anni transferre transportare similemque vel si opus fue-
rit meliorem recognitionem facere sub simili vadio mille et centum flo-
renorum pennae. Pro quo quidem vadio seu vadiis praefatus recognoscens cum
suis successoribus ad iudicium seu officium praesens castrensis praemis-
sionis citatus, extunc a terris districtibus iuribusque suis quibus-
vis proprius recedere, coram eodem iudicio seu officio cui se ad quod
sequitur citabitur, actus praesentis respectu cum successoribus bonisque
suis subiicit, in primo citationis termino tanquam peremptorio stare
parere respondere ac pro praefato vadio seu vadiis satisfacere
tenebitur vel sui posteri tenebuntur tantum quoniam opus fuerit. Nul-
lum terminum ordinis praemissorum vera vel simplici infirmitatibus actione
pro maiori, litis quibusvis regalibus, bello coloquiis, conventionibus
generalibus et particularibus, expeditione bellica, servitio mili-
tari et reipublicae sive sacrae regiae mtis, evocatione de terra et
districtu, absentia a regno, ac aliis omnibus legalibus impedimen-
tis non differentibus nec prolongantibus, ad quietem mortiferumque inscriptionis
praesentis dilationem sibi non petentibus appellationis cum motionibus earumque
prosequutionis a iudicio seu officio nullas fatientibus, poena trium marcarum
et triplici poena vadium seu vadia praenotata non evadere. Immo
se cum successoribus omnibus iuris remediis evasionibus controversiis
praescriptionibus abrenuntiantibus et nihil sibi penitus in auxilium con-

inscriptionem praesentem assumentibus, suis successoribusque summarum sub amissione totius cau-
sae vigore solutione praefati vadii vel vadiorum. Quo vel quibus solutis utique
inscriptionem praesenti et omnibus in ea contentis satisfacere cum suis poste-
ris tenebitur. Nulla praeferentia terrestri in praemissis obstante.

Brathkowskij tti Skorutha

Coram officio et actis praesentis castrensis praemissionis personaliter stans
Nobilis Petrus Brathkowski de terra Sandomiriensi, mente et corpore
sanus exnunc a terris dictis iuribusque suis quibusvis proprius ac fo-
ro competentibus recedens, praesenti vero castrensi praemissionis iurisdictioni
se successores ac bona sua omnia quo ad infrata tantum incorporantur et inscriptam
publice per expressumque recognovit. Quia generoso Georgio Skorutha
de Mlodaticze et eius successoribus Quingentos et quinquaginta florenorum
pennae monetae polonicalis certi vere et liquidi debiti ex vi contractus certi
arendae bonorum villae Zentores iuxta interessam eiusdem arendae tenti
debetur et est debitus, praesentisque inscriptione se et suos successores super
omnibus bonis suis haereditariis et obligatoriis mobilibus et immobili-
bus nunc et in post habitis obligat et inscribit pro die et festo sancti
Joannis Baptistae proxime et immediate venturo solvere realiterque
circa acta praesentia castrensis praemissionis reponere et relinquere
nec iterum ab officio effidentibus sub vadio similis summae quin-
gentorum et quinquaginta florenorum pecuniae, in defectu solutionis summae
eiusdem principalis ad solvendum succumbere. Nihilominus praefatus
Brathkowski se et suos successores super omnibus bonis suis obligat, praesentem
inscriptionem ex his actis ad acta terrestria praemissionis ante decursum unius an-
ni transferre transportare similemque vel si opus fuerit meliorem recog-
nitionem facere. Et circa transportationem inscriptionis praesentis nobilem
Annam de Zempecze consortem suam legittimam cum duobus amicis ipsius de
lenea paterna proximioribus, ad eadem acta terrestria praemissionis ad con-
sentiendum super inscriptionem praesentem quo ad omnia eius suum reformationem et
adviti alibi et aliud quodvis adducere et statuere sub simili vadio
Quingentorum et quinquaginta florenorum pennae. Pro qua quidem summa va-
dioque praefatus recognoscens cum suis successoribus ad iudicium seu officium
castrensis praemissionis citatus, extunc a terris dictis iuribusque suis
quibusvis proprius recedere coram eodem iudicio seu officio cui se ad quod
sequitur citabitur actus praesentis respectu cum successoribus bonisque suis
subiicit in primo citationis termino tanquam peremptorio stare parere re-
spondere ac pro praefata summa principali vadioque satisfacere te-
nebitur et sui posteri tenebuntur tantum quoniam opus fuerit. Nullum
terminum ordinis praemissorum vera vel simplici infirmitatibus, actione
pro maiori, bello coloquiis, conventionibus generalibus vel particulari-
bus, expeditione bellica, servitio militari et reipublicae sive sacrae
regiae mtis, absentia a regno ac aliis omnibus legalibus impedimen-
tis non differentibus nec prolongantibus, ad quietem praeterea acta praesen-
tia dilationem sibi non petentibus, appellationis cum motionibus earumque
prosequutionis a iudicio seu officio nullas fatientibus, poena trium mar-
carum et triplici poena vadium seu vadia non evadere. Immo se cum
successoribus omnibus iuris remediis, evasionibus praescriptionibus, suspen-
sionibus dillationibusque gentis universis, abrenuntiantibus et nihil sibi peni-
tus in auxilium contra inscriptionem praesentem assumentibus, suae suorumque
successorum sub amissione totius causae. Nulla praeferentia terrestri in prae-
missis obstante.